Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



89 81

stimenta mea et sup veste meam miserunt sortem ℣ Libera me
de ore leonis et a cornu unicornium humilitatem meam ℣ Qui timet
dnm laudate eum universum semen iacob magnificate eum ℣
Annunciabit dno generatio ventura et annunciabunt celi iustitiam
eius ℣ Populo qui nascet quem fecit dns ℣ Missio domi
nostri ihesu christi secundum matheum ℣ 26
In illo tpe Dixit dns ihsus discipulis suis Scitis
quia post biduum pascha fiet: et filius hominis
tradetur ut crucifigat: Tunc congregati sunt
principes sacerdotum et seniores populi in atrium prin
cipis sacerdotum qui dicebatur caiphas: et consilium
fecerunt ut ihsum dolo tenerent et occiderent Dicebant
autem non in die festo ne forte tumultus fiet in po
pulo Cum autem esset ihsus in bethania in domo
simonis leprosi accessit ad eum mulier habens ala
bastrum unguenti pretiosi: et effudit super caput ipius
recumbentis Videntes autem discipuli indignati sunt dicen
tes Ut quid perditio hec? potuit enim istud venuda
ri multo et dari pauperibus Sciens autem ihsus ait illis
Quid molesti estis huic mulieri? Opus bonum opa
ta est in me Nam pauperes semper habetis vobiscum:
me autem non semper habetis Mittens enim hec unguentum
hoc in corpus meum ad sepeliendum me fecit Amen
dico vobis: ubicumque predicatum fuerit evangelium
hoc in toto mundo dicetur et quod hec fecit in memo
riam eius Tunc abiit unus de duodecim qui dicebatur
iudas scaroth ad principes sacerdotum: et ait illis Quid
vultis mihi dare: et ego vobis eum tradam? At ili
constituerunt ei triginta argenteos Et exinde que
rebat opportunitatem: ut eum traderet Prima autem